

Astronomi secundum cursum Planetarum fallax fuisse dixerunt.

Eodem ^{supra}prædicto Anno, Januario mense, tam fortissime fuit glaciatus Arnus, quod per XII. dies super glaciem à Carraria Gondula, usque ad Sanctum Malleum, mulieres, equi, equites et currus, & boves securè transibant, & compeebant; & quando disglaciari incipit fuit Pisis ubique auditus tonitruus fortis, & tremendus maximo cum mugitu.

Eodem Anno Pisani miserunt Burgensem Consulem cum X. galéis, & probis Pisanis, & variis machinis ad obsidendam Alexandrinam civitatem, quam tenebant Saraceni cum multitudine Saracenorum; quam obsidionem fecit Americus Rex Hierosolymitanus, qui misit XII. Calendas Februarii Pisas Sinibaldum Ambasciatorem suum significare Pisanis victoriam, quam de Alexandria habuerat, & regratiari de Pisanis, quos in ipsa obsidione sibi utiles invenit super quolibet alios, qui secum fuerant. Et quia Pisani tales ibi fuerunt, Rex Babylonie, cujus tunc agebatur negotium, Pisanis donavit directuram, quam dare solebant in Babylonia, & Alexandria: sicque ibi sunt liberi; & donavit ipsis Pisanis multas possessiones, & domos per totam suam Terram, & ipsos rogavit Pisanos, quod pro honore totius Fidei Christianæ auxilium præparent contra Saracenos, qui fremunt, & minantur venire, & obsidere Babyloniā, & Urbem Hierosolymam, & Alexandriam. Cui responderunt Pisani, quod si pacem habere poterant cum multis & diversis inimicis suis, quos habebant, libenter ac potenter auxilium terrestrè præberent.

Eodem Anno Pisani contra Januenses XX. galéas in mare miserunt, quarum ⁱⁿ XI. in Carbum, XI. in Provinciam pro capiendis Januensibus iverunt. Quo audito Januenses XV. galéas contra XI. quæ in Provinciam iverant, & eis damnum plurimum fecerant. ^{Ang} Senferunt etiam esse in faucibus Addi quatuor de XI. nostris galéis, quæ iverant ad præparandum & apportandum sibi & aliis necessariis, in quibus homines nostri dormiebant, nihilque sentiebant, & ^{non} casu IX. Calendas Maji cum fremitu magno ceperunt, & Januam redierunt triumphantes.

Eodem Anno de duobus nostris galéis, quæ contra Januenses navigabant, capta est una ^{III} Quarto Calendas Septembris.

Eodem Anno, ¹¹⁶⁹ Lucenses Pisanis guerram Idibus Maji facere inceperunt, sicut Januensibus juraverant & promiserant; & eodem die maiorem partem Quodæ combusserunt. Postea verò eodem mense Maji, scilicet medio, Lucenses bene parati ad castrum de Asciano venerunt, ipsumque pugnantem viriliter ceperunt. Sed Pisani increduli & inordinati illuc furiosè currentes devicerunt Lucenses, & venterunt in fugam. Sed Lucenses, se videntes à paucis & non ordinatis devictos, ad bellum viriliter conversi sunt, & ultra castrum illud eos fugaverunt, capientes Pisanos de Nobis

lioribus XX. de Popularibus ^{VIII} XI. & sic Lucam reversi sunt. Post hæc XVI. Calendas Augusti Lucenses de majoribus prædictis Pisanis, quos ceperant, miserunt Januam, istos scilicet XII. De Lambertum Maccajoem, Sigerium Gualandi, Bulgarinum quondam Ugutionis Bæci, Gerardum Barattulam filium Ugonis Odierne, Bonacursum quondam Magnani Ma. barba Ugolinum Baldicionis Digriagnati, Lambertuccium Nepotem Battipaglia, Ubertum olim Sigerii Carbonis, Bonacursum de Via Majore, Silvium filium Petri Altile, de quibus, quia in carcerem extra Provinciam Tusciæ ipsi Lucenses miserunt, ab omnibus gentibus infamati & odibiles extiterunt Lucenses.

Eodem Anno mense Octobris pro compagna, quam Januenses cum Lucensibus fecerant, juraverunt amicitiam cum Vallecchiensibus, Versiliensibus, & cum maxima parte Garfagninorum pro guerra cum Lucensibus facienda, quibus dare promiserunt Pisani expensas, & libras quinque millia. ^{sequenti anno}

Hugo de Monte Magno (6) similiter contra Lucanos cum Pisanis amicitiam juravit Anno sequenti, cui Pisani debent expensas & libras quingentas.

Eodem Anno Americus prædictus Hierusalem Rex cepit Balbensem civitatem ditissimam, in qua plures thesauros habuit, & in qua ipsa victoria fuerunt Pisanorum galéæ, & homines honorificè. Et hoc fuit, quando Saladinus Alexandriam rehabuit.

Eodem Anno (7) à temporibus Sodomæ & Gomorrhæ non fuerunt tam stupenda miracula, qualia in Insula evenerunt Siciliæ. Pridie namque IX. Februarii in Vigilia S. Agathe Catania civitas à terramotu subvertita est usque ad fundamenta, & ex ea nec femina, nec masculus remansit; ipsa enim inter duos Montes repente clausa est, & quadam pars Syracusæ de prædicto terramotu perit. Et à prædicta Catania usque ad Plafia undecim inter Civitates, Castra, & Villas cum multis hominibus in viis & agris oppressi perierunt. Et portus Messinæ XX. palmis funditus est siccatus; postea verò cum fortuna in locum suum reversus est.

Eodem Anno Tancredus Vicecomes castrum de Agnano pecuniâ sibi à Lucensibus conventâ sceleratissime Lucensibus ipsa die Calendarum Martii tradidit, ipsosque intromisit. Quod audientes Pisani, dolore magno commoti, sequenti die, qui fuit Dominica Carnevalis, ad ipsum castrum iverunt; & cum castrum jam quasi vicissent, & muros destruere incœpissent, Lucani subito invaserunt Pisanos, eosque usque ad stratum de Mozzana fugarunt, ubi XVII. milites, & XXVII. pedites Pisanos ceperunt. Pisani verò ex ipsis Lucanis XI. milites, & XV. pedites ceperant, & Pisas cum labore reversi sunt, & cum vituperio, & cum damno, unde Pifa dixit:

Heu

que femina. Lentinum inter duos montes repente clausum est, & quadam pars Saragossæ prædicto terramotu perit; & à prædicta Catania usque ad Plafia undecim inter Civitates, & Castella, & Villas cum multis hominibus in via & agro oppressis à dicto terramotu perierunt. Et portus de Messina viginti palmis funditus siccatus est, postea verò in locum suum cum fortuna reversus est.

(6) Hic non loquitur de illo Monte Magno prope Pisas, sed de eo, qui est in Versilia.

Apud Ughellum hæc ita describuntur.

(7) Anno Domini MCLXIX. Secundo Non. Febr. Vigilia Sanctæ Agathæ, Catania Civitas ex terramotu usque ad fundamenta everfa est, & non remansit ex ea neque masculus, ne-

inse c. M

curtus c. M

donavit c. M

obsistere c. M

desert c. M

prebeant c. M

miserunt

Hos

sigenium c

bachepalie c

incardem c. M

giceliles c.

Vallecchiensibus c. M

gratia c. M

Carfagninum c. M

cccc

lentinum c. ?

Saragossæ

Levitatis

Levans

Feros

Inaven

ensi